Rediens igitur imperator eam sibi presentari iussit et videns eam splendidiorem, quam tanto ieiunio extimabat afflictam, putavit, quod eam aliquis in carcere sustentasset, et furore repletus custodes torqueri precepit. Illa vero ait: "Ego cibum ab homine non accepi, sed Christus me per suum angelum enutrivit." Cui imperator: "Reconde, oro, quod moneo, in corde tuo et noli dubiis respondere sermonibus! Non te quasi famulam possidere cupimus, sed regina potens et electa decore in regno meo triumphabis." Cui virgo: "Attende et tu, obsecro, et iudicii examine veridica sanctione decerne, quem magis eligere debeo: aut potentem, eternum, gloriosum et decorum vel infirmum, mortalem, ignobilem et deformem!" Tunc imperator indignatus ait: "E duobus unum tibi elige: aut sacrificare, ut vivas, aut exquisita tormenta subire, ut pereas!" Et illa: "Quecumque tormenta potes cogitare, ne differas, quia carnem et sanguinem meum Christo offerre desidero, sicut ipse pro me se ipsum obtulit! Ipse enim deus meus, amor meus, pastor et sponsus unicus meus."

Als nun der Kaiser zurückkehrte, befahl er, dass sie ihm vorgeführt werde, und als er sie strahlender sah, als er vermutet hätte, dass sie von einem solchen Nahrungsentzug geworden wäre, glaubte er, dass sie jemand im Kerker unterstützt habe, und ließ, von Wut erfüllt, die Wächter foltern. Jene aber sprach: "Ich habe keine Nahrung von einem Menschen bekommen, sondern Christus hat mich durch seinen Engel ernährt." Der Kaiser zu ihr: "Merk dir, bitte, was ich anweise, in deinem Herzen und antworte nicht mit zweideutigen Reden! Wir wollen dich nicht wie eine Dienerin besitzen, sondern du wirst als mächtige Königin und ausgezeichnet an Ehre in meiner Regentschaft Triumphe feiern." Ihm die Jungfrau: "Pass auch du auf, ich beschwöre dich, und entscheide unter Prüfung des Urteils mit wahrheitsgemäßer Entscheidung, wen ich eher wählen soll: einen Mächtigen, Ewigen, Ruhmreichen und Glanzvollen, oder einen Schwachen, Sterblichen, Unbedeutenden und Verunstalteten!" Da sprach der Kaiser empört: "Such dir von zweien eins aus: entweder zu opfern, damit du am Leben bleibst, oder ausgesuchte Foltern auf dich zu nehmen, sodass du zugrunde gehst !" Und jene : " Welche Foltern du auch ersinnen kannst, schieb sie nicht auf, weil ich mein Fleisch und Blut Christus opfern will, wie er sich selbst für mich geopfert hat! Er selbst ist nämlich mein Gott, meine Liebe, mein Hirte und mein einziger Bräutigam."

DAS RAD

Tunc quidam prefectus furenti regi suavit, ut infra triduum quattuor rotas serris ferreis et clavis acutissimis circumseptas prepararet, ut tam terribile tormentum virginem dissecaret et ceteros Christianos tam dire mortis exemplum terreret. Ordinaturnque est, ut due uno ordine volverentur, due autem contrario impetu agerentur, ut ille deorsum lacerando contraherent, ille repugnantes sursum devorando impingerent. Tunc virgo beata Dominum exoravit, ut ad laudem sui nominis et conversionem populi circumstantis ipsam machinam dissiparet. Et ecce: angelus Domini molam illam cum tanto impetu divellendo concussit, quod quattuor milia gentilium interemit.

Da schlug ein gewisser Offizier dem rasenden König vor, innerhalb von 3 Tagen vier Räder, mit eisernen Sägen und ganz spitzen Nägeln eingefasst, vorzubereiten, damit ein derartig schreckliches Foltergerät die Jungfrau zerstückele und die übrigen Christen eine so grausige Todesart erschrecke. Und es wurde so eingerichtet, dass zwei sich in einer Richtung drehten, zwei aber mit entgegengesetztem Schwung angetrieben wurden, damit diese beim Zerfleischen nach unten zusammendrückten, jene die, die dagegen ankämpften, in einer verschlingenden Bewegung nach oben schoben. Da rief die selige Jungfrau den Herren an, dass er zum Ruhme seines Namens und zur Bekehrung des herumstehenden Volkes die Maschine selbst zerstören möge. Und siehe: Ein Engel des Herren schlug das Mahlwerk mit solcher Wucht in Stücke, es 4000 Heiden tötete.

DAS MARTYRIUM DER KAISERIN

Regina autem, que desuper hoc aspiciebat et usque tunc se celaverat, statim descendens imperatorem de tanta sevitia durius increpavit. Rex autem furore

repletus, cum regina sacrificare contempneret, iussit eam extractis prius mamillis decollari. Que cum ad martyrium duceretur, Katherinam rogavit, ut pro se dominum precaretur. Que respondit: "Ne timeas, a deo dilecta regina, quia tibi hodie pro transitorio regno commutabitur eternum et pro mortali sponso tibi immortalam acquires!" Tunc illa constans effecta tortores hortabatur, ne, quod iussi fuerant, facere morarentur. Ministri igitur extra civitatem eam ducentes ferreis hastilibus mammillas eius evellunt et postmodum caput precipidunt.

Die Regentin aber, die dies von oben beobachtete und sich bis dahin verborgen hatte, stieg sofort herab und beschimpfte den Kaiser ziemlich hart wegen seiner so großen Raserei. Der Regent aber, von Wut erfüllt, weil die Regentin sich weigerte, zu opfern, befahl, dass sie enthauptet werde, nachdem vorher ihre Brustwarzen herausgerissen worden wären. Als sie nun zu ihrem Martyrium geführt wurde, bat sie Katherina, für sie beim Herrn Fürbitte einzulegen. Diese antwortete: "Hab keine Angst, von Gott geliebte Königin, weil dir heute für ein vorübergehendes Königtum ein ewiges gegeben werden wird und du statt eines sterblichen Bräutigams dir einen unsterblichen erwerben wirst!" Da forderte jene, standhaft gemacht, die Folterknechte auf, nicht zu zögern, das zu tun, was ihnen befohlen war. Die Knechte führten sie also aus der Stadt, rissen mit eisernen Stangen ihre Brustwarzen heraus und schlugen danach ihren Kopf ab.

PORPHYRIUS

Cuius corpus Porphyrius rapiens sepelivit. Sequenti die cum de corpore regine questio fieret et multos ex hoc ad supplicium pertrahi tyrannus iuberet, Porphyrius prorumpens in medium exclamavit: "Ego sum, qui Christi famulam sepelivi et fidem Christi recepi." Tunc Maxentius amens effectus rugitum terribilem emittens exclamavit: "O miserum et miserandum! Ecce: Porphyrius, qui erat unicus anime mee custos et totius laboris solatium, deceptus est." Quod cum suis commilitonibus referret, illi protinus responderunt: "Et nos Christiani sumus et mori parati sumus." Tunc Cesar furore ebrius precepit omnes cum Porphyrio decollari et corpora eorum canibus dimitti.

Ihren Leichnam stahl Porphyrius und bestattete ihn. Als am folgenden Tag eine Suche nach der Leiche der Regentin veranstaltet wurde und der Tyrann deswegen viele hinrichten zu lassen befahl, sprang Porphyrius in die Mitte und rief: "Ich bin es, der Christus' Dienerin beerdigt hat und den Glauben an Christus angenommen hat." Da wurde Maxentius wahnsinnig, stieß einen schrecklichen Schrei aus und rief: "Ach ich unglücklicher und zu bedauernder! Siehe: Porphyrius, der der einzige Wächter meiner Seele war und der Trost bei jeder Anstrengung, ist hintergangen worden." Als er dies seinen Kameraden berichtete, antworteten die sogleich: "Auch wir sind Christen und sind bereit, zu sterben." Da befahl der vor Wut trunkene Cäsar, dass alle zusammen mit Porphyrius enthauptet und ihre Leichen den Hunden überlassen werden sollten.

DAS ULTIMATUM

Deinde Katherinam advocans ait: "Quamvis arte magica reginam mori feceris, si

tamen resipueris, prima in palatio meo eris. Hodie igitur aut diis sacrificia offeres aut caput amittes." Cui illa: "Fac, quecumque animo concepisti! Paratam enim me videbis ad omnia sustinenda." Data igitur super eam sententia decollari iubetur.

Dann rief er Katherina herbei und sagte: "Obwohl du durch Zauberkunst die Regentin hast sterben lassen, wirst du, wenn du trotzdem wieder zu Verstand kommst, die erste in meinem Palast sein. Heute wirst du also entweder den Göttern Opfer bringen oder den Kopf verlieren." Ihm jene: "Mach, was immer du in deinem Herzen ersonnen hast! Denn du wirst mich bereit sehen, alles auszuhalten." Nachdem also über sie das Urteil gefallen war, wurde befohlen, dass sie enthauptet werde.

DIE ENTHAUPUNG

Que cum ad locum deducta fuisset, erectis in celum oculis oravit dicens: "O spes et salus credentium, o decus et gloria virginum! Ihesu, rex bone, obsecro te, ut, quicumque passionis mee memoriam egerit seu in exitu anime vel in quacumque necessitate me invocaverit, tue propitiationis consequatur effectum." Factaque est vox ad eam dicens: "Veni, dilecta mea, speciosa mea! Ecce: tibi celi ianua est aperta. Nam et hiis, qui passionem tuam celebraverint, optata presidia promitto de celis."

Als sie zur Stätte geführt worden war, betete sie mit zum Himmel erhobenen Augen und sagte: "O Hoffnung und Rettung der Glaubenden, o Zierde und Ruhm der Jungfrauen! Jesus, guter König, ich flehe dich an, dass jeder, der sich an meinen Leidensweg erinnert und, sei es beim Sterben oder in irgendeiner Notlage, mich anruft, die Wirkung deiner Gnade erlangt." Und da gab es eine Stimme, die zu ihr sagte: "Komm, meine Geliebte, meine Herrliche! Siehe: Die Tür des Himmels steht dir offen. Denn auch denen, die deinen Leidensweg verehren werden, verspreche ich den gewünschten Schutz vom Himmel."

KATHARINA VON ENGELN ENTRÜCKT

Deinde cum decollata fuisset, de eius corpore pro sanguine lac emanuit. Angeli autem corpus eius accipientes ab illo loco ad montem Sinai itinere plus quam dierum viginti deduxerunt et ibidem honorifice sepelierunt. Ex cuius ossibus indesinenter oleum manat, quod cunctorum debilium membra sanat. Passa est autem sub Maxentio sive Maximino tyranno, qui cepit circa annos domini CCCX. Qualiter autem Maxentius pro hoc scelere et aliis, que commisit, punitus fuerit, in hystoria de inventione crucis habetur.

Als sie dann enthauptet worden war, floss aus ihrem Körper statt Blut Milch. Engel aber nahmen ihren Leichnam und brachten ihn von diesem Ort zum Berg Sinai, eine Reise von mehr als 20 Tagen, und bestatteten sie ebendort ehrenvoll. Aus ihren Knochen fließt unablässig Öl, das die Glieder aller Kranken heilt. Sie litt aber unter Maxentius oder Maximinus, dem Tyrannen, der etwa 310 Jahre nach dem Herrn die Regierung übernahm. Wie aber Maxentius für dies Verbrechen und andere, die er beging, bestraft wurde, ist in der

Geschichte von der Auffindung des Kreuzes enthalten.

"Die Geschichte von der Auffindung des Kreuzes": Helena, die Mutter des Kaisers Konstantin, reiste 324 ins Heilige Land und forschte nach den Original-Stätten der Jesus-Legende. Unter anderem wurde auf dem Hügel Golgatha ein Kreuz ausgegraben und mittels eines Experiments - eine Tote wurde darauf gelegt und wurde wieder lebendig - als das echte Kreuz identifiziert. Mit der "hystoria de inventione crucis" meint Jacobus entweder das Helena-Kapitel seiner eigenen Legenda oder eine seiner Quellschriften: Rufinus, der im 4. Jhd. als erster die Reise der Helena beschrieb, oder Alexander Monachus, der im 6. Jhd. eine "Inventio Sanctae Crucis" verfasste; bereits im Kanonisierungsdikt des Papstes Gelasius (496) werden solche Schriften "de inventione crucis" quasi als eigenes Genre erwähnt.

KATHARINENWUNDER

Dicitur, quod quidam monachus Rothomagensis ad montem Sinai perrexit ibique per septem annos in servitio beate Katherine devotus permansit. Quam cum instantius exoraret, ut aliquid de suo corpore habere mereretur, subito erupit de manu illius unus articulus digitorum. Qui donum Dei letus accepit et ad suum monasterium deportavit.

Fertur quoque, quod, dum quidam beate Katherine devotus existeret et eam crebro in sui adiutorium invocaret, per processum temporis mentis incuria resolutus et devotionem mentis perdidit et ab ipsius invocatione cessavit. Qui in oratione positus vidit multitudinem virginum ante se transeuntium, inter quas una erat, que ceteris splendidior videbatur. Que cum sibi appropinquasset, faciem suam operuit et sic ante ipsum facie velata transivit. Cuius splendorem cum ille nimium miraretur et, que esset, interrogaret, una ex eis sibi respondit: "Hec est Katherina, quam olim cognoscere solitus eras. Nunc autem, quia eam cognoscere non videris, coram te sic velata facie tamquam a te incognita pertransivit."

Es wird gesagt, dass irgendein Mönch aus Rouen zum Berg Sinai kam und dort sieben Jahre, dem Dienst an der seligen Katherina gewidmet, blieb. Als er diese immer beharrlicher anflehte, dass er etwas von ihrem Körper zu haben wert sein möge, brach plötzlich von ihrer Hand ein Fingerglied ab. Er nahm das Geschenk Gottes fröhlich an und brachte es zu seinem Kloster.

Es heißt auch, als es einen gab, der sich der seligen Katherina hingegeben hatte und sie häufig zu seiner Hilfe anrief, dass dieser mit Fortschreiten der Zeit durch die Vernachlässigung der inneren Einstellung erschlaft die Hingabe des Geistes verlor und von der Anrufung ihrer selbst abließ. Als er sich zum Gebet gesetzt hatte, sah er eine Menge Jungfrauen vor sich vorbeigehen, unter denen eine war, die glanzvoller als die übrigen schien. Als diese sich ihm genährt hatte, bedeckte sie ihr Gesicht und ging so vor ihm mit verhülltem Gesicht vorbei. Als er ihren Glanz allzusehr bestaunte und fragte, wer sie sei, antwortete ihm eine von diesen: "Dies ist Katherina, die du einst zu erkennen gewohnt warst. Nun aber, weil du sie nicht zu erkennen scheinst, ist sie vor dir so mit verhülltem Gesicht, als ob sie dir unbekannt wäre, vorbeigegangen."

Wunder sind - neben besonderer Tugendhaftigkeit und einem Martyrium - ein Kriterium für die Heiligsprechung. Auch der folgenden Abschnitt, der etwas pedantisch die Leistungen der Katharina zusammenfasst, liest sich wie ein Antrag auf eine solche Heiligsprechung.

Rouen: Nach dem "Chronicon" des Hugues de Flavigniy soll die Reliquie im Jahr 1027 von Rouennach Rom überführt worden sein.

THEOLOGISCHE WÜRDIGUNG

Notandum, quod beata Katherina admirabilis apparet in quinque. Primo igitur in sapientia, secundo in eloquentia, tertio in constantia, quarto in munditia castitatis, quinto in privilegio dignitatis. In ipsa enim fuit omnis species philosophie.

Es muss vermerkt werden, dass die selige Katherina in 5 Punkten bewundernswert erscheint. Erstens also in der Weisheit, zweitens in der Beredsamkeit, drittens in der Standhaftigkeit, viertens in der Reinheit ihrer Keuschheit, fünftens im Vorrang der Auszeichnung. In ihr selbst war nämlich jede Art der Philosophie.

Weisheit

Philosophia enim sive sapientia dividitur in theoreticam, practicam et logicam. Theorica secundum quosdam dividitur in tres, scilicet in intellectualem, naturalem et mathematicam. Habuit igitur beata Katherina sapientiam intellectualem in cognitione divinorum, qua maxime usa est in disputatione contra rethores, quibus unum solum deum verum esse probavit et deos omnes falsos esse convicit. Secundo naturalem in cognitione omnium inferiorum, qua maxime usa est in disputatione contra imperatorem, sicut patet ibidem. Tertio mathematicam in contemptu terrenorum. Hec enim scientia secundum Boethium speculatur formas sine materia. Hanc beata Katherina habuit, quando animum suum ab omni materiali amore abstraxit. Hanc enim se habere ostendit, cum imperatori interroganti respondit: "Ego enim sum Katherina Costi regis filia, que quamvis in purpura nata etc." Hac maxime usa est cum regina, quam ad contemptum mundi et despectum sui et desiderium regni animavit. Practica autem dividitur in tres, scilicet in ethicam, economicam, publicam sive politicam. Prima docet mores informare et se virtutibus exornare et pertinet ad omnes; secunda docet familiam bene componere et pertinet ad patres familias; tertia docet urbes et populos et rem publicam bene regere et pertinet ad rectores urbium. Hanc etiam triplicem scientiam beata Katherina habuit. Primam enim habuit, cum se omni morum honestate composuit; secundam, cum familiam suam, que sibi magna relicta fuit, laudabiliter rexit; tertiam, cum imperatorem sapienter instruxit.

Logica dividitur in tres, scilicet in demonstrativam, probabilem et sophisticam. Prima pertinet ad philosophos, secunda ad rethores et dialecticos, tertia ad sophistas. Hanc etiam triplicem scientiam habuisse videtur, cum de ea scribitur: "Per varias conclusiones sillogismorum allegorice et metanomice, diserte et mystice multa cum Cesare disputavit."

Denn die Philosophie oder Weisheit wird eingeteilt in theoretische, praktische und argumentative. Die theoretische wird nach einigen in drei Arten eingeteilt, selbstverständlich in die erkennende, die natürliche und die mathematische. Es besaß also die selige Katherina die erkennende Weisheit bei der Erkenntnis der göttlichen Dinge, von der sie vor allem in der Diskussion gegen die Gelehrten Gebrauch machte, denen sie bewies, dass es nur einen einzigen wahren Gott gibt, und die sie überzeugte, dass alle Götter falsch sind. Zweitens die natürliche bei der Erkenntnis aller niederen Angelegenheiten, von der sie vor allem in der Auseinandersetzung mit dem Kaiser Gebrauch machte, wie ebendort sichtbar ist. Drittens die mathematische bei der Verachtung der irdischen Dinge. Diese Weisheit nämlich betrachtet nach Boethius die Formen ohne Stoff. Die besaß die selige Katherina, als sie ihren Geist von aller stofflichen Liebe abzog. Dass sie diese besaß, zeigte sie, als sie dem Kaiser auf sein Fragen antwortete: "Ich bin nämlich Katherina, die Tochter des Königs Costus, die, obwohl in Purpur geboren usw." Von dieser machte sie vor allem Gebrauch bei der Regentin, die sie zur Verachtung der Welt und Geringschätzung ihrer selbst und zum Verlangen nach dem Königreich bewog. Die praktische aber wird in drei Arten eingeteilt, selbstverständlich die ethische, die den Haushalt betreffende, die öffentliche oder politische. Die erste lehrt, die Sitten zu bilden und sich mit Tugenden zu schmücken, und geht alle an; die zweite lehrt, einen Haushalt gut in Schuss zu halten, und ist für Familienoberhäupter; die dritte lehrt, Städte und Völker und einen Staat gut zu regieren, und ist für die Führer von Städten. Auch diese dreigestaltige Weisheit besaß die selige Katherina. Die erste besaß sie nämlich, als sie sich mit völliger Ehrenhaftigkeit der Sitten ausstattete; die zweite, als sie ihren Haushalt, der groß war, als er ihr überlassen wurde, lobenswert führte; die dritte, als sie den Kaiser weise belehrte.

Die argumentative wird in drei Arten geteilt, selbstverständlich in die darlegende, die überzeugende und die sophistische. Die erste ist für Philosophen, die zweite für Redner und Debattenteilnehmer, die dritte für Sophisten. Auch diese dreifache Weisheit scheint sie besessen zu haben, wenn über sie geschrieben wird: "Unter Verwendung verschiedener Schlussfolgerungen aus der Syllogistik, in Gleichnissen und in übertragenem Sinne, in Klartext und in Geheimsprache diskutierte sie viel mit dem Cäsar."

Anicius Manlius Severinus Boethius (480-524), politischer Ratgeber Theoderichs und neuplatonisch-christlicher Philosoph verfasste u.A. eine Schrift "de institutione arithmetica".

Beredsamkeit

Secundo fuit admirabilis in eloquentia. Habuit enim eloquentiam facundissimam in predicando, sicut patet in suis predicationibus; disertissimam in rationem

reddendo, sicut patet, cum dicebat imperatori: "Miraris hoc templum manu artificum fabricatum etc."; suavissimam in attrahendo, sicut patet in Porphyrio et in regina, quos eloquii sui suavitate ad fidem attraxit; efficacissimam in convincendo, sicut patet in rethoribus, quos tam potenter convicit.

Zweitens war sie bewundernswert in der Beredsamkeit. Denn sie besaß die zungenfertigste Beredsamkeit beim Predigen, wie es aus ihren Predigten deutlich wird; die gewandteste beim Ablegen von Rechenschaft, wie es deutlich wird, als sie zum Kaiser sagte: "Du bewunderst diesen Tempel, der von der Hand von Künstlern ausgeführt ist usw."; die süßeste beim Gewinnen, wie es deutlich wird bei Porphyrius und bei der Regentin, die sie mit der Süße ihrer Beredsamkeit zum Glauben gewann; die wirkungsvollste beim Überzeugen, wie es bei den gelehrten deutlich wird, die sie so machtvoll überzeugte.

Standhaftigkeit

Tertio in constantia. Fuit enim constantissima in minis illatis, quia ipsas contempsit, unde imperatori sibi minanti sic respondit: "Quecumque tormenta potes cogitare, ne differas, quia carnem et sanguinem meum Christo offerre desidero." Item: "Fac, quecumque animo concepisti! Paratam enim me videbis ad omnia sustinenda." Secundo in donis oblatis, quia ea respuit, unde, cum imperator sibi promitteret, quod eam in palatio secundam haberet, respondit: "Desine talia dicere, que scelus sit etiam cogitare etc." Tertio in suppliciis irrogatis, quia ea superavit, sicut patet, cum fuit posita in carcere et super rotam.

Drittens in der Standhaftigkeit. Sie war nämlich äußerst standhaft gegenüber vorgebrachten Drohungen, weil sie sie selbst verachtete, weshalb sie dem Kaiser, als er ihr drohte, so antwortete: "Welche Foltern du auch ersinnen kannst, schieb sie nicht auf, weil ich mein Fleisch und Blut Christus opfern will." Ebenso: "Mach, was immer du in deinem Herzen ersonnen hast! Denn du wirst mich bereit sehen, alles auszuhalten." Zweitens gegenüber angebotenen Geschenken, weil sie sie zurückwies, weshalb sie, als ihr der Kaiser versprach, dass er sie in seinem Palast als seine Nummer zwei haben würde, antwortete: "Hör auf, so etwas zu sagen, was sogar bloß zu denken ein Verbrechen ist usw." Drittens gegenüber auferlegten Strafen, weil sie sie überwand, wie deutlich wird, als sie in den Kerker gesteckt wurde und auf das Rad.

Keuschheit

Quarto in munditia castitatis. Servavit enim castitatem inter ea, inter que castitas periclitari solet. Quinque enim sunt, in quibus castitas periclitatur, scilicet affluentia resolvens, opportunitas inducens, iuventus lasciviens, libertas effrenans, pulchritudo alliciens. Inter hec beata Katherina castitatem servavit. Habuit enim maximam affluentiam rerum, utpote que tam ditissimis parentibus successisset. Habuit opportunitatem, utpote que sui domina tota die inter suos famulos versabatur. Habuit iterum etatem iuvenilem. Item sui libertatem, quia sola et libera in palatio remansit. De hiis quattuor dicitur supra: "Katherina, cum

esset annorum XVIII, in palatio divitiis et pueris pleno sola remansit." Habuit etiam pulchritudinem, unde dicitur, quia erat speciosa valde et incredibili pulchritudine, omnium oculis admirabilis videbatur.

Viertens in der Reinheit ihrer Keuschheit. Sie bewahrte nämlich ihre Keuschheit unter Umständen, unter denen Keuschheit gefährdet zu sein pflegt. Fünf Größen nämlich sind es, bei denen die Keuschheit gefährdet ist, selbstverständlich schlaff machender Überfluss, verführerische Gelegenheit, mutwillige Jugendlichkeit, enthemmende Freiheit, lockende Schönheit. Unter diesen bewahrte die selige Katherina ihre Keuschheit. Sie besaß nämlich größten Überfluss an Dingen, wie eben eine, die von steinreichen Eltern abstammte. Sie hatte die Gelegenheit, da sie ja als ihre eigene Herrin den ganzen Tag sich unter ihren Dienern aufhielt. Sie hatte weiterhin ein jugendliches Alter. Ebenso persönliche Freiheit, weil sie alleine und frei im Palast zurückblieb. Über diese vier wird oben gesagt: "Als Katherina 18 Jahre war, blieb sie im Palast, voll mit Reichtümern und Dienern, allein zurück." Sie besaß auch Schönheit, weshalb gesagt wird, weil sie sehr attraktiv und von unglaublicher Schönheit war, schien sie in den Augen aller bewundernswert.

Auszeichnung

Quinto in privilegio dignitatis. Quedam enim privilegia specialia fuerunt in aliquibus sanctis, dum decederent, ut Christi visitatio, quod fuit in Iohanne evangelista, olei emanatio, quod fuit in beato Nicholao, lactis effusio, quod fuit in beato Paulo, sepulcri preparatio, quod fuit in beata Margarita, quando oravit pro agentibus sui memoriam. Hec autem omnia fuerunt simul in beata Katherina, sicut patet in legenda.

Fünftens im Vorrang der Auszeichnung. Es gab nämlich gewisse besondere Auszeichnungen bei einigen Heiligen, als sie starben, wie eine Christuserscheinung, die es bei Johannes dem Evangelisten gab, das Ausfließen von Öl, das es beim seligen Nikolaus gab, das Fließen von Milch, das beim seligen Paulus auftrat, die Bereitstellung eines Grabes, die sich bei der seligen Margarita ereignete, als sie für die betete, die ihrer gedachten. Dies alles aber trat bei der seligen Katherina zugleich auf, wie es aus der Legende deutlich wird.

DATIERUNGSPROBLEME

Dubitatio(nem ?) autem habetur apud aliquos, utrum a Maxentio vel a Maximino martyrizata sit. Tunc enim tres imperium tenebant, scilicet Constantinus, qui ex paterna successione imperium sumpsit, Maxentius - Maximiani filius - a pretorianis militibus Rome "Augustus" appellatus et Maximinus in orientis partibus Cesar effectus. Secundum autem chronicas Maxentius Rome, Maximinus vero in oriente contra Christianos tyrannidem exercebat. Videtur ergo, ut aliquibus placet, quod vitio scriptoris factum sit, ut pro Maximino Maxentius poneretur.

Zweifel aber gibt es bei einigen, ob sie von Maxentius oder von Maximinus zur Märtyrerin gemacht wurde. Damals hatten nämlich drei die Oberherrschaft inne, natürlich Constantin, der die Herrschaft in Nachfolge seines Vaters erhielt, Maxentius - Sohn des Maximilianus -, der von den Prätorianer-Soldaten in Rom zum "Augustus" ernannt worden war, und Maximinus, der in den östlichen Reichsteilen zum Cäsar gemacht worden war. Aber nach den Chroniken übte Maxentius in Rom, Maximinus im Osten ein tyrannisches Regiment über die Christen aus. Es scheint also, wofür einige stimmen, dass es durch einen Fehler des Schreibers dazu gekommen ist, dass für "Maximinus" "Maxentius" eingesetzt wurde.

Siehe die Anmerkungen zum Kapitel "Der Kaiser befiehlt ein Opfer".